

## Alte Drucke

### **Pavli Castrensis In ... Codicis Partem Patauinae Pr[a]electiones, Francisci Curtij, multorumq[ue]; qui hactenus Doct. incubueru[n]t Appendicibus ...**

**Paulus <Castrensis>**

**Lugduni, 1553**

Vt quae desunt aduocatis partium iudex suppleat. Rubrica.

---

#### **Nutzungsbedingungen**

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

#### **Terms of use**

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150729**

# Pauli de Castro Prima super Codice.

**Consuetudine.** Qd consuetudo debet allegari et probari. Ad de l. i. q. reu. j. de cu. reo. Bar. in l. ois po. p. ad ff. de iusti. & iure. Ange. & id. Pau. in l. cu. prolatis. ff. de re iudi. & Abb. in c. pastoralis. de fi. instr. Bar. de q. Fr. de Arc. in cons. xliij. col. iij. in prin. allega. do Ant. de but. i. a. fi. de consue. dicit q. vbi consuetudo est noto ria iudex. de ea pot se informare. Cur.

**Pro me.** Adde de hoc vt per Ludo. ro. in consil. cccxxxiij. & do. d. Rot. decisio. cclxxxij. in ti. de fide instr. in nouis. Bal. in addi. Spe. in tit. de ap pel. ver. officiu iudi. & in tit. de instr. edi. ver. p. ductio. & ibi Spe. ver. vlti. no. & Alex. de Imo. in consil. cccxvi. in secū do vol. Cur.

tequā partes diuertāt ad aliū pactum extra neum. vt not. in l. bonefidei. s. de pact. Erat autē hic casus: q. iudex dedit cōtra me sen tentiam virtute cuiusdam confessionis er ronez facte per aduocatū meū me prae sente, & me non reuocante: nec postea ap pellauit. & postea petebam illam rescindi, tanquā fundatam in errore aduocati mei. qui non debet mihi nocere: & Imperator respondet quod tunc non nocet, quando fuit reuocatus infra triduum: & tunc suffi ciē sola reuocatio. vel post vsq. ad sententiā secundū glo. & tunc requiritur q. probe tur error. & neutrum horum factum fuit: ideo per rescriptū non debet sentia rescindi.

## Ue quae de sunt aduocatis partium iudex suppleat. Rubrica.

Statuta non sunt necessario alleganda, & posito q. non fuerint allegata, iudex potest ferre sententiam secundum formam statutorum: consuetudo uero est alleganda, & probanda.

Iudex an & quando possit supplere de facto, & quando videatur supplere de facto, et quae sunt illa quae debet facere ad instantiam partis. Cur. nu. 4. & 5.

- 4 Si reperitur sententia lata pro me contra te, nec apparet ad cuius instantiam lata fuerit an valeat?
- 5 Quando produco instrumentum, si protestor q. produco in his quae faciunt pro me tantum, & non in his quae contra: an ista protestatio prodest, an uero possit iudex ferre sententiam pro reo, si continetur aliquid in instrumento in eius fauorem?

## LEX VNICA.

**Non dubitandum.** Iudex potest supplere de iure, in his in quibus aduocati partium deficiunt. ad hoc allegatur iste tex. non autem in facto. & h. d. glo. Et glo. quae sunt in ista l. & etiam super rubrica, parum vtiliter exemplificant istam l. Tu pone exemplum hoc modo. quod aduocati partium allegauerunt coram iudice & in voce & in scriptis: tamen iudici (qui erat valens) non fauissimē illis allegationes, & ipse recordatur de aliqua l. vel de aliquo dicto doct. quae vel quod determinat questionem pro vna parte. & tamen aduocatus illius partis non allegauit, vel de aliquo statu quo etiam determinat, & pro parte non fuit allegatum. Ipse ergo iudex qui dat sententiam pro illa parte, fundando se in d. l. vel statuto, altera pars in syndicatu conqueritur de iudice: dicens quod ipse habuit secundum allegata & probata iudicare, non de capite suo. vt l. i. l. i. l. i. s. veritas. de offi. prae. ff. & q. illa lex vel dictum vel statutum non fuerant allegata per aduocatū alterius partis. Ideo nō debuit se in illis fundare: sed in allegatio nibus sui aduocati, quae erant multo meliores quam aduocati al terius partis. et iudex hoc fateatur: & tamen dedit sententiam pro altera parte, motus de capite suo, queritur quid iuris? Certē pars non habet ius conquerendi de iudice: quia iudici hoc facere li cuit in his quae iuris sunt. etiam parte hoc non allegante. hoc di cit. ista l. ¶ Not. glo. secundū Bald. quod statuta non sunt necessa riō alleganda. & posito quod non fuerint allegata, iudex potest ferre sententiam secundum formam statutorum non sic in con suetudine. quae est alleganda & probanda: quia de ea non sic cōstat iudici sicut de statutis. cum iuret ipse statuta seruare, quae tradunt sibi. Nec obstat. l. quisquis. s. de positi. vbi non debet quis esse iudex & aduocatus, & hic videtur fuisse aduocatus pro illa parte, allegando ea q. non fuerint allegata per eam, vel per eius aduocatū: quia hoc non fecit vt aduocatus: sed vt iudex. tunc autem videtur facere vt aduocatus, quando assumeret onus pro vna parte non habente aduocatū, allegando & respondendo aduocato alterius partis. & vide de materia huius l. in Spe. & de dispu. & alle. ad no. in §. satis. clarē. & quod no. in c. j. & de positi. praela. & tene menti hanc omnia, quae quotidie practicantur. ¶ Re sistant nunc videre vtrum iudex possit supplere de facto. & dicit hanc glo. quod non. & hoc est videndum primō quādo videatur

supplere de facto. circa quod est sciendū quod quaedā sunt quae pertinent ad officiu iudicis, vt rescere libellū ineptum. vt l. j. de offi. alle. Itē dare dilationē partibus. vt in l. a. procedēte. j. de dila. Itē dare interloc. vel diffi. vt j. quomodo & q. iudex. per totum & de senten. Item alia facere de quibus in l. j. ff. de iurisdic. om. iudi. & ista debent fieri per iudicem parte, petente vel ad partis instantiam, & quando ita facit, non videt supplere de facto. sed si hoc faceret parte non petente ex suo officio: tūc diceretur sup plere de facto. An autem hoc possit facere, & in quibus casibus plenissime tractat Bar. in l. iij. §. hoc autem iudicium. ff. de dā. in fec. Sed quantum ad propositum, dic quod si negotium non est adhuc reductum coram iudice, regulariter non potest à seipso deducere parte non petente. vt in d. §. hoc autem iudicium, quia in causa priuata & ad priuatam vtilitatem non habet locum in quisiitio, quae expeditur iudicis officio: nisi in certis casibus, vt in causa miserabilium personarum, vt in l. i. l. i. l. i. s. ne tenuis. ff. de officio prae. & in causa vsurarum. vt in c. ad audientiam. de iur. reiuran. & quod ibi per Inno. sed in causa publica, & ad publicā vtilitatem, bene habet locum. vt no. in l. i. si vacat. j. de bonis va. can. lib. x. Et ista esset quaedam inquisitio, si iudex me non peten te compelleret debitorem meum ad mihi soluendum. vnde nec tenetur. vt d. §. hoc autem iudicium. Postquā verō negotium est deductum coram eo per me dantem libellum. & lit. contest. an possit dare dilationem alteri parti, vel mihi ad probandum, me vel illa non petente. & similiter an possit dare sententiam. tunc aut ambae partes sunt praesentes, & potest maxime ex iusta cau sa, si videt perire instantiam, & vult causam expedire, & hoc per l. properandum. post prin. j. de iud. vbi dicitur quod partes inuol to iudice non possunt instantiam protelare: sed hic non posset ista facere parte non petente illud non esset verum: quia prote laret tacendo. Si verō partes non sunt praesentes: tunc non pos set se impedire ex suo officio, & idem si vna pars est absens, & proceditur contra illam. non potest aliquid facere nisi altera par te petente, quae est praesens. vt l. ad peremptoriū. ff. de iudi. ¶ Et per hoc determinatur quæstio, si reperitur lata sententia pro me contra te, nec apparet ad cuius instantiam lata fuerit, an valeat. Bald. format hic hanc quæstio. Et in multis processibus ego hoc vidi. Breuiter si est lata pro actore, sine dubio valet: quia iussit petitiō sua quam facit in libello: licet eam postea non repetierit: sed si est lata pro reo tunc si apparet exactis quod paribus prae sentibus, praesumitur lata ad instantiam rei: si hoc non apparet: tunc distinguitur an fuerit lata contra actorem absentem. & vi detur non valere: si non apparet an ad instantiam rei. Tene men ti: quia dubium est pulchrum. & Bal. nō firmat pedes. Quaedam verō sunt quae pertinent ad sollicitudinem partis principaliter vt pducere libellum exceptionis, & replicationes facere. Item inducere testes, & producere instrumenta. & in istis diceretur: tunc iudex supplere de facto, quando nō expectaret quod pars faceret: sed ipse à seipso faceret: & si queritur an possit regulari ter. dic quod non: quia habet iudicare secundum allegata & pro bata per partes. vt l. i. l. i. l. i. s. veritas. ff. de offi. prae. & ideo si pars non opponit exceptionem vel replicationem eo casu quo actor habet actionem, vel reus exceptionem, non potest iudex à seipso opponere. vt not. in l. i. si vnus. in §. pactus. in gl. in opponen do. ff. de pact. licet constet sibi nō tamen vt iudici competere ex ceptionem, nō sic si actor caret actione ipso iure. vt not. in l. vbi pactum. s. de transact. Fallit tamen in aliquibus casibus. quādo aliquid est sibi notum vt iudici, puta ex productis coram eo. vt si ex tenore libelli mei, vel etiam instrumenti à me producti ap paret sibi competere exceptionem, nam licet non proponas, pos test pro te dare sententiam. vt not. in l. ij. §. quod si actor. in glo. quae incipit per hoc apparet. j. de iur. cal. & s. de transac. l. age cū geminiano. ¶ Et ex hoc dicit Bal. magistraliter quod licet quādo produco instrumentum, protestando, quod produco in his quae faciunt pro me duntaxat, non in his quae contra, quod ista pro testatio mihi non prodest, quominus iudex possit ferre senten tiam pro reo, si aliquid in instrumento continetur in eius fauorem: quia illud constat sibi vt iudici & mea protestatio non por test ligare manus eius in his quae pōt de iure facere. & allegat glo. pro hoc in l. j. s. editiones. ff. de eden. licet in contrariū faciat quod habetur in Spec. de instru. edi. §. nunc videndum. versicu. quid si produco. & istū casum pluries vidi de facto, & tene men ti.

quod sing. est. Secundò fallit in his quæ sunt notoria facti permanentis. vt in l. ij. circa si. ff. de pœnis. & in l. i. cum ibi no. j. qui aduer. quos. Et ideo si ex vulnere remanet cicatrix côm illa potest videri ad oculum, non expedit q. qui pro vulnere agit ad pœnam propter cicatricem, habeat necesse illam pbare: quia notoria est, & iudex potest supplere de facto, subiiciendo rem oculis. Similiter si producat decretum alicuius iudicis ordinarij nõ est necessarium probari q. ille sit iudex vel potestas: quia iurisdic. ordinaria est notoria facti permanentis. vt no. in d. l. i. qui aduer. quos. Tertio fallit qñ proceditur contra absentem, & potest perueniri ad sententiam diffinitiuam. nã pôt iudex perquirere veritatem pro absente, & inducere testes. per l. ampliorẽ in princ. j. de appel. & per auth. qui semel. quomodo & qñ iud. in d. d. iudex perquisita veritate &c. secũdũ Bar. & Bal. hic & in d. l. ampliorẽ. videtur hoc limitare. qñ esset absens ex iusta causa: puta reipublice: aliàs dicit ipse q. iudex potest supplere pro absente in his quæ producta sunt corã eo vel facta, vt in l. i. si quis an faciant p. eo: sed non potest inducere nouas probatio. nes, vel noua instrumenta à seipso. Tene menti hanc limitationẽ. Vltimò fallit, qñ tendit ad vtilitatem publicam. vt l. quos prohib. de postu. ideo potest iudex ex officio suo etiam parte nõ petente repellere hantum ab agendo. si statutum prohibet hanc actionem: quia hoc fit propter publicam vtilitatem. vt in d. l. quos prohibet. Cætera dic vt per Bar. in d. s. hoc autẽ iudicium.

Ex quib. causis infam. irro.

Rubrica.

Quomò hic qd differt iste titu. ab alio. quẽ habemus in tribus libris. C. de infami. Rñ. iste tractat de causis ex quibus quis efficitur infamis. Ille de effectu infamiae: quæ repellit à dignitate. & etiam ab officijs publicis. l. ij. §. miles. & ibi no. ff. eo. & adde qñ infamia est summa, vt in quibusdam casibus, qui habentur in l. i. §. remouet. de postu. & habetur per glo. ea. l. §. ait prætor. ver. hoc edicere: quando non ita magna. vt ibi no.

L E X.

I.

**I**nfamia. † Missus in carcere vel in vinculis causa malefici inquirere, non efficitur infamis. h. d. Secus si in pœnam. vt si fuit cõdemnatus ad carceres perpetuos propter eius delictum: vel etiam ad tempus. nam efficitur infamis ex genere pœnæ: sicut propter l. i. de iur. i. ff. eo. licet de se nõ esset delictum famosum. Si ergo producat aliquis contra me in testem: & ego abijcio q. non est habilis: quia est infamis, cum semel fuerit captus pro maleficio: puta pro furto, & stetit in carceribus per plures menses, & fuit tortus, si non fuit repertum malefictum, & propter hoc fuit relaxatus, non procedit exceptio mea per hanc l. & per l. nullam. j. eo.

† Damnatu de publico crimine, est infamis indistincte: sed damnatus de priuato crimine non est infamis nisi in tribus: scilicet actione furti, iniuriam rap. & iniuriarum.

† Item pœnitentibus ultra quam debeant ad quid teneantur?

L E X.

I I.

**E**que furti. † Damnatu de actione in factu ex edicto de publicanis, non efficitur infamis. h. d. † Præmitte q. dñatus de publico crimine indistincte, est infamis. vt in l. infamen. de publicis. Sed dñatus de priuato crimine, non est infamis. nisi in tribus: scilicet in act. furti. vi bo. rap. & iniur. vt l. j. ff. eod. titu. † Item præmitte q. contra publicanos emanauit edictum prætoris, quo cauetur q. si exigant à transeuntibus ultra quã debeant: teneantur restituere duplum per actionẽ in factu. vt per totũ tit. de publicanis. cõtra quos etiã datur actio furti, si contra voluntatem illius indebitẽ rem suam arripiat. vt l. etiam. j. de fur. Duas ergo si fuit actio cõtra publicanũ ad duplum, an sit infamis & dicitur q. nõ: quia non est cõdemnatus de crimine publico per iudicem. q. est crimine publico: qñ officialis extorquet pecunias publicas: nec etiã de crimine priuato famoso: quia non act. fur. nec vi bo. rap. sed act. in factu. in factu rem suam aufert: tunc em cõtra furtũ. q. est cõtrectatio rei alienæ cõtra voluntatẽ dñi. sed hoc soluit sponte inductus falsa suggestionẽ à publicano. vnde

furtum non committit.

† Iudici permissum est ex iusta causa, & ante sententiam minuire vel augere pœnas, & si sine iusta causa minuit. puniatur illa pœna quam debuisset imponere. & nu. 8.

† Gratia facta in uno, non extenditur ad aliud, si est mera gratia.

† Cause propter quas potest minui pœna delicti. & nume. 1. & 5.

† An etiam sint iustæ cause minuen. pœnas statutorum? Statutum quod qui aliquem occiderit decapitetur, & aliquis proieciendo lapidem, & non credens aliquem occidere. occidit, non debet decapitari.

† Si iudex apponat hanc clausulam in sententia, quod si sit lata in minori vel maiori pœna quam lex vel statutum dicat, quod ex nunc reducat eam ad pœnam à lege statutam: & si imposuit minorem pœnam, quod non censetur cum infamia dispensatum.

† Postquam iudex aliquem condemnauit ad certam pœnam, non potest post sententiam illam tollere, vel minuire, & si pronuntiauerit illum deliquisse, nec aliquam pœnam imponere.

† In criminalibus non requiritur conclusio libelli: sed in ciuilibus secus.

L E X.

I I I.

**S**i seuerior. † Si pœna maleficij (causa cognita) fuerit per sententiam diminutam: infamia videtur esse remissa. h. d. secundũ Bar. Sic etiam econuerio si fuerit aucta. etiam sine causa cognitione, censetur cũ infamia dispensatum. vt l. quid er go §. pœna grauior. ff. eo. & j. l. prox. secundũ vnã lect. & qualiter intelligatur ibi dicam. Præmitte qd si lex pro aliquo crimine publico imponit pœnam temporalem, quod etiam transacto illo tẽpore: & sic pœna finita nihilominus cõdemnatus remanet infamis quia licet pœna sit temporalis: infamia tamen quæ infligitur oisibus non est propriè pœna maleficij: sed sequella ipsius pœnæ remanet perpetua. vt j. eo. l. ad tẽpus. & quod est verum quãdo cõdemnato imponitur illa pœna quã lex statuit in illo crimine: sed si lex statuatur maiorem pœnam perpetuam, vel etiam maioris temporis. & iudex ex iusta causa motus imponit pœnã temporalem, vel minoris tẽporis: tunc illa infamia durat quousq. durat tps pœnæ: sed ipso finito finitur ipso iure: quia sicut illa est iusta causa minuendi pœnam maleficij. ita etiam faciendo finiri infamiam: quæ est eius sequella. & hoc vult lex ista. † In text. ibi. [ & si seuerior. ] dicitur scilicet attenda natura maleficij: sed attenda qualitate vel causa propter quam iudex fuit motus ad minuendam pœnam, non debebat dari seuerior sententia: quia propter illã cãm minuebatur delictũ. & hoc est pmissum iudici ex iusta causa minuire pœnas. ar. l. statuas. ff. de acq. re. do. \* vt est casus hic quem tene mēt. sed sine cã iusta nõ licet: imò puniatur iudex illa pœna quam debuisset imponere. vt. s. ne sanctũ baptisma. l. fin. in fin. & l. seruum. in fin. j. ad legẽ iul. de vi publica. † In text. ibi. [ certis rationibus motus. ] dicit quæ minuebant delictum, vt si delinquens erat minor, vel deliquerat sine dolo. vt in exemplis glo. & ideo etiã pœna merebatur mitigari. Sed si illæ actiões nõ minuebant delictũ: tunc secus. quia non debuisset pœna minui. & si fuit diminuta indebitẽ, non debet diminui infamia: quia gratia facta in vno, cum sit ex mera gratia, non extenditur ad aliud vt in l. si. de gene. abo. quam allegat glo. mag. in prin. pro contra. ria. In text. ibi. [ transacto tẽpore ] ergo illo tpe: durante bene est infamis. Secus si fuisset pœna aucta. quia tunc statim censetur cum infamia dispensatum. vt l. ordine. §. durioribus. ff. ad munici. cipa. In gl. ibi. [ vsque dum durat &c. ] dicit scilicet tẽpus pœnæ: sed certè non esset differentia inter casum quando pœna fuit diminuta. & inter casum quando non fuit diminuta. nam etiam primo casu durante tempore pœnæ remanet infamis. & postea non. & glo. vult quod idem sit quando non est diminuta. dicit ergo quod si non est diminuta. etiã transacto tempore pœnæ durat infamia. vt infra. eo. l. ad tempus. & ff. de decur. l. ad tempus. & vide glo. in l. ordine. quæ hic allegatur in glo. quæ melius loquitur quàm ista. † In glo. quæ incipit [ pone ] aduerte: quia explicat hanc l. duobus modis principaliter. Primo. quando pro crimine veniebat imponenda pœna perpetua, & fuit imposita temporalis. Secundo quando ad maius tempus: puta decennium. & fuit imposita ad minus: puta ad biennium. quod prosequere vt in glo. Item vult ista glo. quod causæ quæ mouerunt iudicem ad minuendum pœnam, minuebant etiam delictum. vt minor, vel senior ætas. vel quia malefictum fuit commissum sine dolo. † & dicit Cal. notabiliter quod iste sunt iuste causæ minuendi etiam pœnas statutorum: licet iudices iurẽt seruare statuta: quia

k 4